



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 42. Turcarum progressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

n est:  
nterit  
Silve-  
ndictæ  
anctos  
decla-  
a tum  
nfesta.  
eraque  
e per-  
omen-  
Lat-  
anno  
de il-  
modo  
eminis  
e solet  
gelica  
dibus  
ræci-  
dialo-  
seculi  
s tres  
m, &  
cor-  
enum  
fiunt  
nt ne-  
non  
ninis,  
nec

nec eam condonare sine satisfactione Chri- Sæcul. XV.  
sti: sed nec poterat Dei filius non indu- A.C. 1387.  
re naturam humanam, non satisfacere,  
non mori. Poterat Deus aliter agere, si Lib. I. c. 10.  
voluisset; sed aliter velle non poterat.  
Cum homo peccaverit per fallaciam sibi  
structam & ignorantiam, necesse fuit, ut no-  
xam eluendi causa Sapientia Divina hu-  
manitatem assumeret. Christus non po-  
terat salvos facere diabolos: quia cum in  
Spiritum Sanctum peccaverint, debuisset  
Spiritus Sanctus hominem induere: quod  
fieri nequit. Deus nihil potest, nisi ea,  
quæ reapse fiunt: potestas in res, quæ  
non eveniunt, ei perperam tribuitur.  
Quando Christus ajebat, se posse a Patre  
suo petere duodecim legiones Angelor-  
um, intelligendum est potuisse id eum,  
si voluisset, sed non potuisse velle. Deus  
non desinit esse liber, ut est, ad producen-  
dum Verbum suum, quamvis necessario  
id producat: sed libertas contradictionis,  
seu potestas faciendi, vel omittendi est  
inane commentum Doctorum. Nempe  
fundamentum doctrinæ Wicleffianæ est  
absoluta cunctis in rebus necessitas.

### §. XLII.

#### *Turcarum progressus.*

Sequente anno 1388 cum Papa Urba-  
nus Mauros ex Africa crebras mari  
excur-

**Sæcul. XIV.** cursiones in Siculos, aliosque Christianos  
A.C. 1388. facere comperisset, Massiolo Messanensi

**Rayn. 1388.** Archiepiscopo scripsit, ut in templis Sici-

**n. 2.**

liæ sacrum in illos bellum cum plena no-  
xarum venia pro Palæstina militantibus  
dari solita promulgandum curaret. Da-  
bat Perusiae 18 Apr. 1388. Eodem die  
ad Angelum Corrarium Castelli seu Vene-  
tiarum Episcopum similes scribebat litte-

**Ughel. to. 5.** ras; in quibus ait se statuisse triremes  
1352. duas armare in Turcas, qui Christianis

Romaniæ, vicinarumque regionum in-  
colis loca eriperent: utque ad sacram  
contra illos militiam accendat animos,  
promittit indulgentiam pro terra sancta  
pugnantibus concessam. Turcas appel-  
lat Phryges, quod in Anatolia habita-  
rent; & confundit eos cum veteribus  
Trojanis seu Teucris: tanta tunc erat hi-  
storiæ ignorantia.

Bursiæ in Bithynia residens Turcarum  
Sultanus erat Amuratus cognomine Al-  
gazius, seu Victor gentium. Urchano  
patri suo successerat anno Epochæ Ara-  
bicæ 761, Christi 1359: habebat tunc  
p. 44. annos triginta quatuor; regnavit unum  
**Foloc. suppl.** & triginta: multa Græcis ademit loca, in-  
**Bibl. Or.** ter alia Adrianopolim anno 1360: fuit  
p. 624. que tertius e Sultanis Ottomannis. Hoc  
anno 1388 periiit occisus a transfuga Chri-  
stiano e Servia, qui velle se osculari ma-  
num ejus simulabat.

§. XLIII.